



Danskernes Historie Online

Danske Slægtsforskeres Bibliotek

Dette værk er downloadet fra Danskernes Historie Online

Danskernes Historie Online er Danmarks største digitaliseringsprojekt af litteratur inden for emner som personalhistorie, lokalhistorie og slægtsforskning. Biblioteket hører under den almennyttige forening Danske Slægtsforskere. Vi bevarer vores fælles kulturarv, digitaliserer den og stiller den til rådighed for alle interesserede.

Støt Danskernes Historie Online - Bliv sponsor

Som sponsor i biblioteket opnår du en række fordele. Læs mere om fordele og sponsorat her: <https://slaegtsbibliotek.dk/sponsorat>

Ophavsret

Biblioteket indeholder værker både med og uden ophavsret. For værker, som er omfattet af ophavsret, må PDF-filen kun benyttes til personligt brug.

Links

Slægtsforskeres Bibliotek: <https://slaegtsbibliotek.dk>

Danske Slægtsforskere: <https://slaegt.dk>

NY

KIRKEHISTORISKE SAMLINGER

UDGIVNE AF

SELSKABET FOR DANMARKS KIRKEHISTORIE

VED

HOLGER FR. RØRDAM,

DR. PHIL., PRÆST.

SJETTE BIND.

KJØBENHAVN.

I KOMMISSION HOS G. E. C. GAD.

THIELES BOGTRYKKERI

1872 - 73.

•

Utrykte Pavebreve

angaaende danske Kirkeforhold

ved Dr. L. N. Helveg.

Fjerde og sidste Samling.

198.

Martin V.

3 Febr. 1420.

Biskoppen og Domkapitlet i Roskilde førte Klage over, at Fæstninger, Byer og andre Stæder, henhørende til Roskilde Bispestol og Kapitel, vare dem fratagne paa ulovlig Maade, hvorfor Paven beskikkede Biskopperne af Lybek og Sverin, samt Provsten af Odense at undersøge Sagen. Klagen er holdt i almindelige Udtryk, men angaar dog rimeligviis Striden om Kjøbenhavn, og naar her ikke Kongen, men derimod •Erkebisper, Bisper, Prælater og Klerke, Hertuger, Grever, Baroner, Adelsmænd, Riddere og Borgere • nævnes som dem, der have forurettet Roskilde Bispestol, saa bør man vel tænke paa de Voldgiftsmænd, der vare indsatte for at dømme i denne Sag (jfr. min Kirkehist. II. S. 269—70, Danske Mag. Fjerde Række, II, S. 64).

Martinus etc. Venerabilibus fratribus Lubicen. et Swerinen. Episcopis ac dilecto filio Preposito ecclesie Ottoniensis Salutem etc. Militanti ecclesie etc. Sane venerabilis fratris nostri Episcopi et dilectorum filiorum Capituli Roskildensis conquestione percepimus, quod nonnulli Archiepiscopi, Episcopi aliiqve ecclesiarum prelati et clerici ac ecclesiastice persone tam religiose quam seculares nec non duces, Marchiones, Comites, Barones, nobiles, milites et laici, comunia civitatum, vniuersitates opidorum, castrorum, uillarum et aliorum locorum et alie singulares persone ciuitatum et diocesium et aliarum partium predictarum occuparunt et occupare fecerunt castra, villas et alia loca, terras, domos,

possessiones, iura et iurisdictiones, necnon fructus, census, redditus et proventus, et nonnulla alia bona mobilia et immobilia, spiritualia et temporalia ad eosdem Episcopum et Capitulum spectantia et ea detinent indebite occupata seu ea detinentibus prestant auxilium, consilium uel fauorem etc. Ceterum etc. presentibus post decennium minime valituris. Datum Florentie tertio Non. Februarij Anno Tertio.

199.

Martin V.

21 Dec. 1426.

Brevet handler om Biskop Ulrik af Aarhus og hans Forpligtelse hvert tredje Aar at besøge Rom enten personlig eller ved en beskikket Prokurator.

Vniuersis presentes literas inspecturis Benedictus de Guidalottis legum doctor apostolice camere clericus reuerendi in Christo patris domini Francisci miseracione diuina archiepiscopi Narbonensis domini pape Camerarij in Camerariatus officio locum tenens Salutem etc. Vniuersitati vestræ notum facimus per presentes. Qvod cum reuerendus in Christo pater dominus Vlricus dei gratia Episcopus Arusiensis in Dacia teneatur singulis triennijs Romana curia citra montes existente sedem apostolicam siue limina beati Petri et Pauli apostolorum visitare, per honorabilem virum magistrum Martinum Sparg clericum Ripensis diocesis procuratorem suum ad hoc legitime constitutum pro vno triennio nunc currente die septima mensis Junij anni nativitatis domini millesimi cccc xx iii^{ti} incepti et ut sequitur finiendo die dat. presentium tempore debito sedem ipsam et limina cum deuotione debita uisitauit, Nichil tamen idem procuracione uisitationis huiusmodi eidem camere obtulit seu seruiuit. Et insuper eundem dominum Vlricum Episcopum ab excommunicationis ac reatu periurij penis et sententijs, si quas ob moram retardate uisitationis huiusmodi incurrerit, tenore presentium absoluimus et reddimus absolutum, Secumque super irregularitatis macula, si quam etiam occasione premissorum celebrando diuina uel immiscendo se illis non tamen in contemptum clauium contraxerit, misericorditer dispensando. In quorum testimonium

presentes litteras fieri et sigilli Camerariatus officii supradicti quo vtimur fecimus appensione muniri. Datum Rome apud Sanctos Apostolos sub anno a nativitate domini millesimo cccc° xx° vi°, Indictione iiii, die xx^a j^a mensis Decembris pontificatus vero sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Martini diuina providentia pape quinti anno decimo.

200.

Nicolaus V.

22 April 1449.

Om Christiern I's første Sendefærd til Rom. 1. Almindelige pavelige Gunstbeviisninger til Kongen og til tvende adelige Herrer. 2. Sendebuddet, Ærkedegn Johan Ivarsen, fik Exspektanse paa et Kanonikat i Roskilde (min Kirkehist. II, S. 340).

Nicolaus etc. Carissimo in Christo filio Cristierno Danorum, Gothorum et Sclauorum Regj Illustrj Salutem etc. Sincere deuotionis affectus, quem ad nos et Romanam geris ecclesiam, non indigne meretur, ut petitionibus tuis illis presertim, quas ex deuotionis feruore prodire conspiciamus, quantum cum deo possumus, fauorabiliter annuamus, hinc est, quod nos tue Celsitudinis deuotis supplicationibus inclinati, ut liceat tibi habere Altare portatile cum debitis Reuerentia et honore, super quo in locis ad hoc congruentibus et honestis possis per proprium vel alium sacerdotem ydoneum missam et alia diuina officia sine iuris alieni preiudicio in tua et aliorum quorumlibet presentia facere celebrari, deuotioni tue tenore presentium indulgemus. Nulli ergo etc. nostre dispensationis infringere etc. Si quis etc. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno etc. millesimo quadringentesimo quadragesimo nono, decimo kal. Maij, pontificatus nostri Anno tertio.

(Grat. de mandato d. n. pape).

Similis litera Nobili viro Ottoni de Biornholm Militi, carissimi etc. filii nostri Cristierni etc. Regis supremo magistro curie, ac dilecte in Christo filie Nobili mulieri Elizabeth eius vxori Salutem etc. Sincere etc. D. u. s.

(Grat. de mandato d. n. pape).

Similis litera Nobili viro Erico dilecti filii nobilis viri Ottonis de Bornholm (!) militis nato, militi Arusiensis diocesis Salutem etc. D. u. s.

Nicolaus etc. Carissimo etc. Cristierno etc. Regi Illustri Salutem etc. Sincera deuotio tue Celsitudinis promeretur, ut votis tuis in hijs presertim, que ad tue salutem anime redire valeant, quantum cum deo possumus, fauorabiliter annuamus. Tuis itaque supplicationibus inclinati auctoritate tibi presentium indulgemus, ut si forsan ad loca ecclesiastica interdicto supposita te contigerit declinare, liceat tibi in illis clausis januis, excommunicatis et interdictis exclusis, non pulsatis campanis et submissa voce in tua et aliorum quorumlibet presentia missam et alia diuina officia facere celebrari, dummodo tu vel alij causam non dederitis interdicto, nec id tibi uel illis contigerit specialiter interdicti. Nulli ergo etc. Datum ut supra.

Eidem etc. Provenit ex tue deuotionis affectu, quo nos et Romanam ecclesiam reuereris, ut petitiones tuas illas præsertim, que anime tue salutem respiciunt, ad exauditionis gratiam admittamus. Hinc est quod nos tuis supplicationibus inclinati, ut confessor tuus, quem duxeris eligendum, omnium peccatorum tuorum, de quibus corde contritus et ore confessus fueris, semel in vita et semel in mortis articulo plenam remissionem tibi in sinceritate fidej etc. in forma etc. Nulli ergo etc. Datum ut supra.

Simili modo dilecto filio Nobili viro Erico dilecti filii nobilis viri Ottonis de Bornholm (!) militis nato, militi Arusiensis diocesis. D. u. s.

Similis litera dilecto filio nobili viro Ottoni de Bionholm (!) militi Arusiensis diocesis carissimi etc. Crist. etc. Regis supremo magistro curie, ac dilecte in Christo filie nobili mulieri Elizabeth eius vxori Salutem etc. D. u. s.

Nicolaus etc. venerabili fratri Episcopo Vulterano et dilectis filijs Abbati Monasterij Care insule ac decanis beate Virginis in Hafnis Arusien. et Roskilden. dioc. Salutem etc. Literarum scientia etc. super quibus Johannes Yuari Archidiaconus ecclesie Arusiensis, magister in artibus, apud nos fidedign. comm. test., nos inducunt etc. Hodie siquidem motu proprio primo uacatuos Canonicatum et prebendam

ac dignitatem etiam curatam et electiuam non tamen maiorem post pontificalem ecclesie Roskildensis cum reservationis inhibitionis et decreti ac alijs in eis contentis clausulis sub certis modis et formis collationi et dispositioni nostre et sedis apostolice auctoritate apostolica ex certa scientia specialiter reservamus, prout in nostris inde confectis literis plenius continetur. Nos igitur volentes dicto Johanni, qui impresentiarum pro parte carissimi etc. Cristierni Regis Dacie illustris orator et nuncius ad nos destinatus existit etc., gratiam facere specialem motu simili non ad ipsius Johannis uel alterius pro te (!) nobis super hoc oblate petitionis instantiam sed de nostra mera liberalitate discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus, quatenus vos uel duo etc. Canonicatum et prebendam ac dignitatem predictos quamprimum ut præfertur vacauerint cum plenitudine iuris canonici ac omnibus iuribus etc. dicto Johanni auctoritate nostra conferre et assignare curetis, inducentes etc. Datum Rome apud S. Petrum Anno etc. ccccxI nono, x kal. Maij pontificatus nostri anno iij^o (sic).

201.

Nicolaus V.

3 April 1451.

Kong Erik havde skjænket Dominikanerbrødrene i Helsingør (Daugaard, Danske Klostre S. 197) en Grund til at bygge et Kloster med Kirke og alt Tilbehør, hvilken Gave Paven herved stadfæstede.

Nicolaus etc. venerabili fratri Episcopo Roskildensi Salutem etc. Ut ea que pro divini cultus augmento, religionis propagatione et animarum salute prouide facta sunt, firma perpetuo et illibata persistent, libenter cum a nobis petitur fauorem apostolicum impertimur, et ut ad optatum perducantur effectum, partes nostre solitudinis interponimus. Sane pro parte dilectorum filiorum prioris et fratrum predicatorum in quodam oratorio in villa Helsingoor tue diocesis commorantium nobis nuper exhibita petitio continebat, quod dudum carissimus in Christo filius noster Ericus Rex Dacie zelo deuotionis accensus intendens diuinum cultum ampliare præfatis priori et fratribus quendam locum ad fun-

dandum et construendum unam domum pro vsu et habitatione fratrum dicti ordinis pie donavit, quam quidem donationem fratres prædicti secundum instituta dicti ordinis acceptarunt, ac oratorium ipsum cotidie augmentare festinant, quare pro parte dictorum prioris et fratrum nobis fuit humiliter supplicatum, ut donationem ipsam confirmare et approbare, ac eis in prefato loco fundandi vnam domum cum ecclesia, campanili, campana, cimiterio et alijs necessarijs officinis licentiam concedere, aliasqve in præmissis oportune providere de benignitate apostolica dignemur. Nos igitur, qui cultum diuinum vbiquam uigere et augeri continue desideramus, hujusmodi supplicationibus inclinati, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatenus si et postquam tibi de hujusmodi donatione legitime constiterit, illam et inde secuta quecunque auctoritate nostra approbes et confirmes, et post confirmationem hujusmodi, si illam feceris, præfatis priori et fratribus in eodem sibi donato loco vnam domum cum ecclesia, campanili, campana, claustro, cimiterio, hortis, hortalijs et alijs necessarijs officinis pro vsu et habitatione fratrum ordinis prædicatorum construendi, erigendi et edificandi, seu fundari, construi, erigi, et edificari faciendi plenam ac fratribus prædictis illam pro vsu et habitatione hujusmodi accipiendi et tenendi liberam licentiam auctoritate nostra concedas; nos enim, si concessionem hujusmodi per te uigore præsentium fieri contingat, ut præfertur, vniuersis et singulis fratribus in eadem erigenda domo pro tempore commoraturis, ut omnibus et singulis priuilegijs, immunitatibus, libertatibus, exemptionibus, gratijs et priuilegijs alijs domibus dicti ordinis ac, fratribus in eis commorantibus per sedem apostolicam uel alias generaliter concessis uti ualeant pariter et gaudere, eadem auctoritate concedimus per presentes. Non obstantibus felicis recordationis Bonifacij pape viij^{mi} predecessoris nostri prohibente (sic), ne ordinum mendicantium fratres in quocunque castro, uilla uel alio loco ad inhabitandum domos de nouo recipere seu hactenus receptas mutare presumant absque

apostolice sedis licentia speciali, faciente plenam et expressam de prohibitione hujusmodi mentionem, et alijs apostolicis constitutionibus ceterisque contrariis quibuscunque, iure tantum parochialis ecclesie et cujuslibet alterius in omnibus semper saluo. Datum Rome apud Sanctum Petrum anno incarnationis dominice M^o cccc^o quinquagesimo primo, iiii non. April., pontificatus nostri anno quinto.

202.

Sixtus IV.

10 April 1474.

Dette Brev fra Christiørn I's Ophold i Rom angaar Islands Kirkehistorie. Johannes Gerichinus er vel kjendt fra Dronning Margretes og Kong Eriks Tid; han blev 1409 beskikket til Ærkebiskop i Upsala, men paa Grund af mange og grove Beskyldninger dømt fra Embedet, hvorpaa han begav sig til Island og blev der Biskop i Skalholt. Her blev han myrdet i Kirken, som han stod og læste Messe for Høialteret 1433 (cfr. Finni Johannæi Hist. eccl. Isl. II p. 471—75). Udentvilt er det denne Biskop Johannes og dette Bispemord, Brevet handler om. Paa Kongens Begjæring tog Paven Beboerne til Naade, saafremt de havde fyldestgjort Biskoppens Arvinger, paa det Vilkaar at de skulde af egen Formue bygge et Kapel ved den vanhelligede Kirke og lønne en fast Præst, der skulde holde stadig Tjeneste i dette Kapel og bede for Biskoppens Sjæl.

Sixtus etc. venerabili fratri Episcopo Scialotensi (!) Salutem etc. Et si antiquus et versatus (!) hostis humano inuidens generj non cessans querere quos deuoret quam plures inducat sepe in laqueum peccatores, Redemptor noster tamen Jesus Christus nonnullos fraudibus ipsius hostis deceptos quotidie de ipsius faucibus eripit et ad se reuocat penitentes. Sane carissimus in Christo filius noster Cristiernus Dacie, Suetie, Norwegie, Slaorum Gotorumque Rex jllustris in nostro conspectu constitutus pro parte incolarum et habitatorum Terre Islandie tue diocesis nobis clementer exposuit, quod ipsi olim humani generis inimico suadente in bonæ memoriæ Johannem Episcopum Scialotensem missarum et diuina officia tunc celebrantem manus ausu nefario inicientes ipsum immaniter interfecerunt, propter quod excommunicationis ac alias sententias, censuras et penas in tales tam a jure quam alias latas damnabiliter incurrerunt, in quibus per l et ultra annos re¹⁾ ausu insorduerunt (!); cum autem Incole

¹⁾ Bortskaaeret i Margin. (Munchs Anm.).

et habitatores predicti de premissis ex intimis doleant cordis visceribus, cupiantque per eos perpetratum facinus condignis penitentiae fructibus expiare ac perinde iuges ad dominum preces effundere. Idcirco idem Rex pro parte incolarum et habitatorum predictorum, sub cuius temporali dominio existunt cum graue et difficile admodum eis foret pro obtinendo super hoc salubri remedio apostolice sedis conspectui se exhibere, nobis humiliter supplicauit, vt ipsis super hoc de opportune absolutionis beneficio ac alias animarum suarum saluti condigne prouidere benigne dignemur. Nos igitur attendentes, qvod apostolice sedis indefessa clementia non consuevit petentibus et ad sue pietatis et misericordie sinum recurrentibus veniam denegare sed lapsis de solita sua benignitatis affluentia dextram porrigens ab ymo retrahere et ad salutis semitam reducere satagit, hujusmodi supplicationibus inclinati fraternitati tue, de qua in hijs et alijs specialem in domino fiduciam obtinemus, per hec scripta committimus et mandamus, quatenus incolas et habitatores predictos, si hoc humiliter petierint, recepta prius ab eis cautione ydonea, qvod si heredibus dicti Episcopi occasione Episcopidij hujusmodi non satisfecerint, satisfaciant competenter, quodque de bonis sibi a deo collatis vnam capellam, cuius structure et edificia lapidea sint, in ecclesia, in qua tam nefarium facinus perpetratum extitit, de nouo fundabunt ac pro vno perpetuo presbitero missas et alia diuina officia inibi celebraturo ac pro anima ipsius Episcopi oraturo sufficienter dotabunt, ab Episcopidij reatu necnon excommunicationis aliisque sententijs, censuris et penis huiusmodi, quas premissorum occasione incurrerint, vt prefertur, auctoritate nostra hac vice dumtaxat absoluas in forma ecclesie consueta, junctis inde eis inter alia sub virtute iuramenti per eos in tuis manibus prestandi, quod de cetero talia non committent, nec ea committentibus prestabunt auxilium, consilium vel fauorem, et pro modo culpe penitentia salutari et alijs, que de iure fuerint iniungenda. Et nichilominus ipsorum incolarum et habitatorum filios et

nepotes ad beneficia ecclesiastica in ciuitate et diocesi Scialotensi imposterum obtinenda eadem auctoritate reabilites (!), aboleasqve omnem inhabilitatis et infamie maculam siue notam per eos dicta occasione contractam. Non obstantibus premissis ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Rome apud Sanctum Petrum Anno etc. mccccclxx quarto. Id. Aprilis pontificatus nostri anno tertio.

L. de Fulgineo.

203.

Sixtus IV.

11—23 April 1474.

Uddrag af Pavebreve udstedte under Kong Christierns Ophold i Rom (min Kirkehist. II S. 397—9. 402).

Confirmatur Cristierno Regi Dacie (ut duci Holsatie) jus patronatus prepositure ecclesie beate Marie oppidi Hamburgensis, Bremensis diocesis, per Pium II concessum. Id. Apr. p. ann. 3.

Matheo de Czerwest, Canonico Lubicensi („qui, ut accepimus, carissimi etc. Cristierni Dacie regis illustris dilectus existis“) prævia absolute omniū ecclesiasticarum censurarum etc. providetur „motu proprio“ de uno Lubicensis et altero Sancti Nicolai Stendaliensis, Halberstadensis diocesis ecclesiarum canonicatibus, ac si sub dato 1. Jan. pont. ann. 1 factum esset. D. u. s.

Carolo Ronnow, Canonico Roskildensi (nobili, in militari genere ex utroque parente, ac dilecto Cr. Regi), prævia absolute, motu proprio, de uno Roskildensi et alio Arusiensi canonicatibus, ac si sub dato 1 Jan. p. 1; nono kal. Maj 74.

Johanni Petri, Canonico Arusiensi (Cr. Regis D. Sv. et N. cancellario) præv. abs. prov. m. pr. de uno Arusiensis et altero Rypensis ecclesie canonicatibus, ac si sub dato 1 Jan. pont. ann. 1. Id. April.

Petro Wittorp, clerico Bremensis diocesis (Cristierni Regis „accepto“) conceditur motu proprio unum vel duo beneficia ecclesiastica in aliqua cathedrali aut collegiata ecclesia. Id. Apr.

Johanni Remstede, clerico Bremensis diocesis Magistro in artibus (Cristierni regis accepto et dilecto) prævia absolute providetur de beneficio, ac si sub dato 1 Jan. pont. ann. 1. Id. Apr.

Johanni van Kamp, Canonico Monasteriensi (ex utroque parente de militari genere legitime procreato, et Cristierni regis accepto) pr. abs. pr. motu providetur de uno Monasteriensi et alio Sancti Lebuini Daventriensis, Traject. diocesis, ecl. canonicatibus, ac si sub dato 1 Jan. post ann. 1. Id. Apr.

Hermano Reynsperger, clerico Bambergensis diocesis, legum doctori (Cristierni regis consiliario) præv. absol. motu proprio conceditur, ut quecumque duo beneficia ecclesiastica curata seu alias invicem incompatibilia recipere et insimul retinere queat. Id. Apr.

Henrico Zankenstedt, Canonico Verdensis diocesis, legum doctori (Cristierni Regis Secretario) prævia absolute et a dato 1 Jan. pont. anno 1 providetur motu proprio de uno Verdensis et alio beate Marie Erfurdensis Maguntinæ diocesis canonicatibus. Id. Apr.

Nicolao Stugesson, Canonico Lundensi (nobili et milit. generis ex utroque parente, Cristierni Regis dilecto) prævia absolute providetur a dato 1 Jan. etc. de canonicatu ecclesie Lundensis. Non. kal. Majj.

Georgio de Heyssin, Scolari Suerinensis diocesis (Cristierni Regis dilecto) dispensatur de natu illegitimo. Id. Apr.

Johanni Heysen, clerico Maguntine diocesis (Christierni Regis Medico) prævia absolute providetur a dato 1 Jan. etc. de uno vel duobus beneficijs ecclesiasticis. xii. kal. Majj.

Christoforo de Heyssin, scolari Brem. dioc. (Cristierni regis dilecto) dispensatur de natu illegitimo. Id. Apr.

Nobili viro Ludovico, Comiti de Helfensteyn, conceditur, supplicante Cristierno Rege, ut ei et fratri Friderico de Helfensteyn et successoribus et incolis utriusque sexus Castri Hildenburg, oppidi Wisensteig ac ville Gospach etc. Constantiensis dioc. liceat in quadrages. et ieiun. vesci butiro et lacticiniis. Id. Apr.

Gunthero, Comiti de Mulingen et domino loci de Barbi, supplicante Christierno Rege — dispensatio. Id. Apr.

Johanni Urne, Rectori paroch. ecl. in Tidekoping Rosk. dioc. (Crist. Regis accepto) conceditur combinare beneficia. Id. Apr.

Alberto Gossman, clerico Bremensis diocesis (Christierni Regis accepto) dispensatur ad combinandum incompatibilia. Id. Apr.

Leoni Leue, Canonico eccl. beate Marie Hamburg Magistro in artibus (Christierni Regis dilecto) expectativa. Id. Apr.

Unio ad instantiam Cristierni Regis Dacie facta, id est Ottoniensem olim Monasterii Sancti Canuti, Ordinis Sancti Benedicti, in secularem Cathedrallem ecclesiam mutando. — Dat. Rom. undecimo kal. Maij 1474.

Magistro Marino Nicolai de Frigeno Notario ac in Regno Dacie nostro et apostolice sedis nuncio — (facultas reformandi monasteria ac loca pia in Dacia). — Id. Apr. 1474.

Ad fut. rei memoriam (Sane carissimus etc. Rex personaliter exposuit, quod ipse considerans, quod per totum ejus Regnum Dacie unum solum hospitale sancti spiritus, ordinis sancti Augustini, erat, et quod ad oppidum Haffniense Roskildensis diocesis, ubi idem Rex ut plurimum residet, et pro negotijs Regni consultandis morem trahere consuevit, quamplures principes, barones, milites et armigeri confluebant, quodque nullus locus, ubi infantes expositi uel pauperum seu ex illegitimo matrimonio nati ponerentur, nutrentur et sustentarentur, existebat, et quod ipse Rex singulari deuotione, quam ad hospitale nostrum eiusdem Sancti Spiritus in Saxia de Urbe ac prefatum ordinem gerit, et etiam pietate motus, ne talia discrimina et infantium expositiones turpiter fierent, unum hospitale sub eodem vocabulo Sancti Spiritus dicti ordinis, quod prius, confuse tamen, hospitale Sancti Spiritus dicebatur, cum ibidem nec ordo neque regularis obseruantia prout in dicto hospitali nostro, sed ut quædam secta, obseruabatur, de nouo erigi, construi et ædificari fecit). Quare etc. (Confirmatio). Datum Rome etc. 1474. Id. Apr.

Indulgentia pro ecclesia beate Marie Haffnensis, Roskildensis diocesis (14 kal. Maj.) eccl. Monast. S. Birgitte de Maribo, ord. S. Augustini, Ottoniensis d. (12 kal. Mai.) ec. Lunden. sub invoc. Sancti Laurentii (eod. d.) ec. Roskild. sub inv. Sancti Lucii (14 kl. Mai.), eccl. Slesvic. (12 kal. Mai.).

Johanni Mathei de castro Hincegaulis de Grimis de Dacia, Rectori, Archipresbytero nuncupato, parrochialis ecclesie Archipresbyteratus nuncupate, beate Marie de Collignola, Veronensis dioc. (Cristierni regis capellano) conceditur, ut liceat ei fructus huius beneficii percipere in absentia. Id. Apr.

204.

Om Dronning Dorothea's Ophold i Rom 1488. Af en gammel Afskrift af »*Diaria Johannis Burcardi*» (*Magistri Cæremoniarum Sixti 4ti et Innocentii 8vi*).

De aduentu Reginæ Daciæ.

(1488) Sabbatho uigesima sexta (die) mensis Aprilis hora 21^{ma} uel circa, Illustrissima Dorothea Daciæ Regina intrauit cum Equis . . . uel circa de sua familia existentibus, fuit supra montem amarem (sic) per Senatorem et tres conseruatores Cameræ vrbis recepta, deinde iuxta secundum pontem ab Vrbe prope uineam reuerendi patris domini Falconis de Sinibaldis protonotarij apostolici et prelati (sic) Palatij a familia Sanctissimi domini nostri honorifice suscepta, et tandem extra portam Viridarij a collegio Reuerendissimorum dominorum Cardinalium; pro regina omnibus respondit Magister curiæ suæ, laycus, miles, homo literis et moribus carens, totus rusticanus; interfuerunt domini Cardinales Vicecancellarius, Sti Marci, Andegauensis, Vlixbonensis, Parmensis, Senensis, de Fuxo, Sabellis et de Columna, Reverendissimus dominus Vicecancellarius locutus est pro omnibus, qui et alii omnes deposuerunt capellum, tantum retentis birettis; et quia Regina, quæ supra velamenta capitis capellum portabat, illum in signum gratulationis non deposuit neque aliter se iocunde uel benigne ostendit, Cardinales statim capellos suos capitibus suis reposuerunt, deinde locutus est Vicecancellarius, quod rei conueniebat, et illi postea respondit rusticane, ut sibi desuper datum erat; equitauit deinde post responsum Reuerendissimus dominus Vicecancellarius, a dextris habens Sancti Marci, et a sinistris Andegauensem, post eos¹⁾ Vlixbonensem et Parmensem cum Sabellis, et de Columna tandem a dextris habens, a sinistris de Fuxo cardinales, post eam quatuor mulieres suæ . . . hinc et iuxta eas interpretes (sic) predictus, alia autem familia Papæ. Inter eas non erat alicuius conditionis vir; Regina hospitata erat in domo olim bone memorie domini Antonij de Foritino, in qua idem

¹⁾ Her synes »Regina» at være udeladt. (Munchs Anm.).

Antonius obiit, et cum Reuerendissimi domini cardinales essent ante predictam, in via, non sancta sed alia, per quam ipsi communiter ad palatium uenire solent, firmarunt se. Ego dixi Reginæ, ut capellum deponeret, aliquantulum antecederet et singulis Cardinalibus gratias ageret, sed cum illa me intelligere nollet, neque ex desuetione (sic, legend. forte «discretionem») se humanam ostendere, dixi, ut ante domum suam . . . equitaret et ibidem Cardinalibus capite inclinando gratias ageret. Illa equitauit ante (sic) hostium, descendit de equo, et intrauit domum absque eo, quod Cardinalem aliquem inspiceret. Cardinales deinde recesserunt et ad domos redierunt. Venit autem hæc Regina Romam peregrinationis causa, deinde sepulchrum saluatoris nostri Hierusalem visitatura. Cum autem quidem intellexerim in consistorio conclusum esse, quod hæc Regina recipi deberet eo honore, quo alii¹⁾ recepta, proposui heri Sanctissimo domino nostro, cum apud Sanctum Marcum esset, quæ huic rei conuenire uidebantur, sub his verbis: Beatissime Pater, Sanctitas uestra mandauit Dominum (sic) Episcopum Pientinum, ut ceremonias in bonum ordinem reduceret; reperitur, Regem et Reginam pari honore accipi debere, pro aduentu Reginæ Daciæ intellexi ordinatum, quod recipiatur eodem ordine, quo alij (sic) fuit recepta, fuit autem tum a Reuerendissimis dominis Cardinalibus collegialiter extra Portam Urbis exspectata, et deinde ad bonæ memoriæ Cardinalis Mantuani, apud quem hospitata est, (domum) associata, quod statui, honori et dignitati Collegij Cardinalium nunquam conuenire uidetur, sed potius, postquam a Collegio recepta fuerit, extra portam associetur ab ipso ad Palatium apostolicum ad Caput suum, quod est Sanctitas uestra, et locum sui collegii; et quia peregrinationis causa uenit, ipsam prius ad Ecclesiam ducere, deinde ad Sanctitatem Vestram prout in nouo Ceremoniali est ordinatum, uidetur rei optime

¹⁾ »Alii« her og strax nedenfor staar tydeligt i Copien, men maa være Feilskrift for et eller andet forkortet Navn (Alienora?). Munchs Ann

conuenire; hoc uolui Sanctitati Vestræ, tanquam Ceremoniarum minister, proposuisse, ut illa, quæ fieri uoluerit, mandet. Sanctiss. Dom. Noster, habito cum Reuerendissimis dominis Cardinalibus recepis (sic)¹) et ad domum tantum associari debere, quod dixit ad persuasionem Cardinalis Sancti Marci, qui asseruit Illustrissimam Leonoram Serenissimi Imperatoris nostri Frederici tertij conjugem, cum ad Urbem venisset, eo ordine fuisse receptam, sed male dixit, quia eadem Imperatrix cum Imperatore uenit, et cum ea recepta fuit illo honore, qui in ceremon. ordinatur.

De Recessu Reginæ Daciæ. Feria quinta, octaua mensis Maij, Illustrissima domina Dorothea Daciæ Regina etc. ex urbe recessit, ad patriam suam reditura, nam Serenissimus Dominus noster ad supplicationem Illustrissimi Johannis Daciæ etc. Regis, predictæ Reginæ filii, per litteras sibi factam, dispensauit cum eadem Regina, ne Hierusalem uisitaret, sed quod ad Regnum suum rediret indulsit. Hæc cum recessura esset, rogauit Reuerendum Patrem Dominum Johannem Episcopum Tornacensem, Palatij apostolici magistrum, ut ordinaret, quod Reuerendissimi domini Cardinales aut eorum familiares et prelati se non grauarentur in associando eam prout moris est, quia uenisset causa deuotionis et nollet cuiquam esse molesta, et sic de mandato Sanctissimi domini nostri, postquam Reginæ ita placuit, ordinatum est. Sed Cursores rem male intelligentes, heri sero Reuerendissimis omnibus dominis Cardinalibus intimarunt, quod personaliter hodie hora xii^{ma} uenire deberent ad associandam Reginam extra Urbem; et ad hoc mandatum Reuerendissimi domini Cardinales Sancti Petri ad Vincula, Andegauensis et Columna ad Palatium apostolicum, Senensis uero, de Fluxo, Parmensis et de Urbibus ad Basilicam principis apostolorum de Urbe uenerunt hora prefata, ubi cum intellexerunt prædictam Sanctissimi Domini nostri ordinationem, ad domos suas redierunt, et cursores pro eorum errore

¹) Her synes noget at være oversprunget.

(Munchs Anm.).

puniti fuerunt, Regina autem ab Episcopo Tornacensi tantum cum paucis cubiculariis et scutiferis Papæ extra urbem aliquantulum associata recessit.

205.

Julius II.

6 Aug. 1505.

Et Indlæg i Striden blandt Graabrødrenes Orden mellem Conventualerne og den strikte Observants. Hine havde klaget over al den Overlast, de maatte døie, hvorfor Paven overdrog til Biskoppen af Viborg (Niels Fris) at standse alle disse Trætter, indtil General-Kapitlet i Rom havde fældet sin Kjendelse (min Kirkehist. II. S. 440).

(Venerabili fratri Episcopo Vibergensi) — Julius etc. Venerabilis frater Salutem etc. Ex querela dilectorum filiorum ministri generalis et fratrum conuentualium prouincie Dacie ordinis sancti Francisci accepimus, quod dilecti etiam filii fratres minores de obseruancia nuncupati prouincie et ordinis predictorum certis fauoribus freti, quod fratres conuentuales per eandem prouinciam degentes diuersimodo molestare et in eorum quiete perturbare et, quod deterius est et ab omni decore religionis alienum, certis domibus eorum, in quibus ad longa tempora sub institutione regule a beato Francisco institute permanserunt, de facto spoliare domosque predictas hostiliter et manu armata tenere, occupare et in illis se intrudere fratresque in ipsis domibus degentes ex illis per vim et violentiam expellere et aliquos ex illis trucidare vulneribus et verberibus aliisque injuriis et grauibus offensis afficere, bona mobilia, clenodia, calices et alia ecclesiarum ornamenta distrahere et hinc inde asportare et alia similia contra eos perpetrare non sunt veriti et in Religionis dedecus, pessimum exemplum, ipsorumque querelantium preiudicium et scandalum plurimorum, cumque prefati querelantes per nos et sedem apostolicam in premissis sibi oportune prouideri humiliter supplicauerint, nos cupientes omnium Christi fidelium quietem et presertim sub suauis religionis iugo famulantium, fraternitati tue tenore presentium mandamus, quatenus, vocatis qui fuerint euocandi, de premissis expositis te diligenter informes, ac ea, que in facto repereris, sub manu publica nobis et capitulo generali, quod

anno futuro in alma vrbe Roma celebrari debet, significare procures, ut de premissis quieti vtriusque partis oportune prouidere, ac, si quid contra iustum et honestum factum erit, ad juris equitatem et honestatis viam reducere possimus, et ne medio tempore aliquid nouum scandalum suboriretur, ipsis fratribus de obseruancia omnibusque aliis et singulis eorum fautoribus, cuiuscumque gradus et condicionis fuerint, sub excommunicationis late sententie pena, ne aliquid mandati et commissionis attemptare presumant, totiens quotiens opus fuerit, etiam per edictum publicum, constituto tibi de non tuto accessu, inhibens, in quo rem deo et nobis gratam efficies. Datum Romæ vi Augusti millesimo quingentesimo quinto, pontificatus nostri anno 2^{do}.

206.

26 Aug. 1515.

Et Brev fra Hertug Frederik til Pave Leo X, hvori han beskikker Biskop Gotskalk af Slesvig til sin Orator i Rom.

Sanctissimo in Cristo patri et domino nostro domino Leoni decimo digna dei prouidentia Sacrosancte Romane et vniversalis ecclesie summo pontifici domino meo clementissimo Fredericus dei gratia heres regni Norwegie, Dux Sleswickensis, Holsatie, Stormarie et Dithmarcie, Comes in Oldenborch et Delmenhorst, post deuota pedum oscula beatorum paratissimum in singulis obedientie animum. Beatissime pater more catholicorum principum constitui Reuerendum in Cristo patrem dominum Gotschalcum Episcopum Sleswickensem consiliarium meum dilectum in oratorem meum ad nomine meo prestandum sanctitati vestre ac sancte sedi apostolice debitam ac consuetam obedientiam ceteraque omnia et singula faciendum, que circa hec fuerint quomodolibet oportuna, prout constituo per presentes vestram beatitudinem humili precum affectu deuote rogando, quatenus dignetur dictum dominum Gotschalcum Episcopum oratorem meum paterne audire sibi que pronunc, que nomine meo dixerit, tanquam michi ipsi firmam credentie fidem impendere negotiaque priuata ecclesie Sleswicensis ac sua et suorum sanctitati

vestre fauorabiliter et paterne habere recommendata. Hec erga sanctitatem vestram sanctamque sedem apostolicam obedientissime semper promerebor, meque eidem sanctitati vestre, quam deus immortalis quam diutissime foeliciter conseruare velit, deuote recommendo. Datum Gottorp ex arce mea duicali die dominica vicesima sexta mensis Augusti Anno domini millesimo quingentesimo quintodecimo, meo sub sigillo presentibus appenso.

Eiusdem vestre Sanctitatis deuotissimus filius
 Fredericus Heres et Dux
 qui subscripsit.

Orig. paa Pergam. i Vatic. Arch. med Segl i rødt Vox.

207.

Leo X.

30 Sept. 1515.

Den pavelige Legat, Kardinal Raymundus, havde efterladt en stor Sum Penge og Sølvtoi her i Landet, hvilket nu Johannes Heitmer skulde hente, hvorfor Paven anbefalede ham til Kongen.

(Carissimo in Christo filio Christierno Datia Regi illustri).
 Leo papa X. Carissime in Christo fli Salutem etc. Cum alias bone memorie Raymundus, Cardinalis Gurcensis, per Alemanniam et Datiam tempore sacri Jubilei preteriti sedis apostolice legatus in diuersis partibus tui regni quandam summam pecuniarum et uasorum argenteorum reliquerit, que ad Cameram apostolicam pertinent, misimus pro eis recuperandis dilectum filium Joannem Heytmers de Zonulben, clericum Leodiensis diocesis, Commissarium nostrum. Quare majestatem tuam hortamur et paterne requirimus, ut pro affectione, qua semper illam prosecuti sumus, eum tam in pecuniis et uasis huiusmodi exigendis quam in aliis occasionibus, quibus ei prodesse poterit, habere velit commendatum, quod quidem nobis gratissimum erit. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die ultima Septembris MDXV pontificatus nostri anno tertio.

Carissime in Christo filiæ Christinae Daciae Reginae illustri.
 (Om det samme, D. u. s.).

208.

Leo X.

14 Nov. 1519.

En Bremer Klerk, som var Præst i Tostrup i Roskilde Stift, havde opgivet dette sit Embede, som blev givet til en anden, hvorfor Paven bestemte hans Pension. (Brevet af Munch meddelt i Uddrag).

Leo etc. Dil. filio Johanni Vulff, clerico Bremensis diocesis (Intimation). Cum itaque hodie tu parrochiam ecclesiam in Tostorpp Rodschildensis diocesis, quam tunc obtinebas, per certum procuratorem tuum . . . in manibus nostris sponte et libere resignaueris, nosque resignationem ipsam admittentes de ecclesia predicta . . . tunc vacante et in-antea dispositioni apostolice reseruata dilecto filio Johanni Andreæ rectori parrochialis ecclesie loci in Tyerstedt, Ottoniensis diocesis . . . prouiderimus, nos tibi, ne ex resignatione huiusmodi nimium dispendium patiaris, de alicuius subuentionis auxilio prouidere . . . volentes, teque a quibusuis excommunicationis etc. etc. . . . necnon omnia et singula beneficia ecclesiastica . . . que . . . obtines . . . tibi pensionem annuam viginti florenorum Renen., decem videlicet super in Tostorpp, quam idem Johannes Andreæ inter alia obtinet, et aliorum decem florenorum huiusmodi super in Tyerstedt ecclesiarum predictarum fructibus etc. . . . quorum tertiam partem ipsa pensio ut asseritur non excedit, et tibi quoad vixeris per dictum Johannem Andreæ, cuius ad hoc per dilectum filium Paulum Huisman clericum Bremensis diocesis procuratorem suum . . . accedit assensus, annis singulis in festo pasche in Lubicen. aut Hadersleuen. eccl. persolvendam . . . reseruamus. Datum Corneti 1519 xviii kal. Dec. ann. vii^{mo}.

209.

Leo X.

2 Marts 1520.

Et Brev til Enkedronning Christine, hvorved Kong Hanses sidste Villie at begraves i St. Katarine Kloster i Odense, stadfæstedes af Paven trods de roskildske Kanikers Indsigelse (min Kirkehist. II, S. 410—11).

(Carissime in Christo filie nostre Christine Danorum et Gottorum Regine illustri). Leo etc. Carissima in Christo filia nostra Salutem. Ea superna prouidentia maiestatis Romanus pontifex in apostolice dignitatis specula constitutus

ad ea libenter intendit, per que pie decedentium presertim catholicorum Regum et Principum voluntates sublatis quibusuis impedimentis manuteneantur et conseruentur, et ad id fauores exhibet oportunos. Sane exponi nobis nuper fecisti, quod olim clare memorie Joannes Danorum et Gottorum rex dum in humanis ageret, conthoralis tuus, ob singularem deuotionem, quam ad domum Sancte Catherine Ottonensis ciuitatis ordinis fratrum minorum de obseruantia regulari gerebat, in eius vltima voluntate constituit et ordinauit, quod postquam ab hac luce decederet, corpus suum in ecclesiam (sic) dicte domus sepelliretur, prout postmodum, dicto Joanne Rege vita functo, eius corpus iuxta ipsius voluntatem et ordinationem in eadem ecclesia sepultum fuit. Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat, venerabilis frater episcopus et dilecti filii canonici Roskildenses asserentes olim ante vltimam uoluntatem predictam ipsum Joannem Regem voluisse et ordinasse, quod eius corpus, dum eum decedere contingeret, in eorum ecclesia Roskildensi sepelliretur, dilectis filijs moderno Gardiano et fratribus dicte domus molestiam super sepultura dicti Joannis Regis presertim post obitum tuum inferre comminantur, quare pro parte tui asserentis, quod dum ab hac luce migraueris, corpus tuum in predicta domo huiusmodi seu alia ecclesia dicti ordinis sepelliri facere intendis, nobis fuit humiliter supplicatum, ut voluntas dicti Joannis regis, quoad electionem dicte sepulture in ecclesia fratrum minorum regularis obseruantie domus Sancte Catherine ciuitatis Ottoniensis huiusmodi approbare et confirmare et, ne dictum corpus ab eadem ecclesia ad ipsam cathedralem Roskildensem ecclesiam seu aliud (sic) locum mutetur siue transferatur, interdicere de benignitate apostolica dignaremur. Nos attendentes, quod testatoris voluntas ambulans est usque ad mortem et quod posterior voluntas seruari debet, tuis deuotis in hac parte supplicationibus inclinati posteriorem voluntatem super huiusmodi sepultura eiusdem Johannis Regis seruandam esse decernimus et propterea mandamus,

quatenus corpus ipsius Regis ab ecclesia dicte domus extrahi et ad Roskildensem seu aliam ecclesiam seu locum deferri non possit, districtius inhibentes sub excommunicationis late sententie pena, quam contra facientes eo ipso incurrere volumus, quibusuis personis, cuiuscunque dignitatis fuerint, ne corpus predictum mutare seu transferre presumant. Et nihilominus vniuersis et singulis Archiepiscopis, Episcopis et alijs personis in ecclesiastica dignitate constitutis mandamus, quatenus Gardiano et fratribus dicti ordinis in premissis efficacia defensionis presidio assistentes, non permittant eosdem Gardianum et fratres nunc et pro tempore existentes super dictis sepulturis quomodolibet molestari, contradictores per censuras ecclesiasticas et alia juris remedia compescendo, inuocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachii secularis, non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac dicte ecclesie Roskildensis, iuramento, confirmatione apostolica, uel quauis firmitate alia roboratis, priuilegijs quoque, indultis et litteris apostolicis eidem ecclesie concessis, confirmatis, approbatis et inuatis, contrarijs quibuscumque, aut si aliquibus communiter uel diuisim ab apostolica sit sede indultum, quod interdicti suspendi uel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de uerbo ad uerbum de indulto huiusmodi mentionem. Datum Rome die ij Martii 1519, pontificatus nostri anno sexto¹).

L. 10. g. Euang^{ta}.

L. Car^{lis} A^{or}.

Collata et concordat. Jo. Weze.

(Joh. Weze sees at have paategnet de fleste Copier i denne Regist.-Aargang saavel som 1517—19 paa lignende Maade).

210.

Leo X.

22 Mai 1520.

Nicolaus Thorchilli fik af Paven Tilladelse til at opgive sit Kanonikat ved Frue Kirke i Kjøbenhavn (Rørdam, Kbhvns Kirker og Klostre, S.

¹) D. e. 1520, da Leo X begynder Aaret med Incarnationen, 25de Marts.
(Munchs Anm.).

146—7), der ikke indbragte ham over 24 Gylden, til Biskoppen eller en anden Kannik, som da maatte overlade det til en anden duelig Person. (Uddrag).

Leo etc. dilecto filio Nicholao Trochilli, Canonico ecclesie beate Marie virginis Haffnensis, Roskildensis diocesis Hinc est quod nos volentes te, qui, ut asseris, Canonicatum et prebendam ecclesie beate Marie virginis Haffn. Roskildensis diocesis, quorum fructus, redditus et prouentus viginti quatuor florenorum auri etc. valorem annum non excedunt, inter alia obtines . . . fauore prosequi gratioso, teque a quibusuis excommunicationis etc., tuis etc. supplicationibus inclinati tibi Canonicatum et prebendam predictos cum domo seu camera canonicali, quam ratione ipsorum canonicatus et prebende inhabitas et quam, ut asseris, propriis sumptibus edificasti seu restaurasti, in manibus ordinarii loci seu alterius Canonici metropolitane vel alterius cathedralis ecclesie aut persone in dignitate ecclesiastica constitute ad id per te vel procuratorem tuum legitime eligende extra Romanam curiam, apostolice sedis et cuiusuis alterius licentia, super hoc minime requisita, resignandi etc. necnon canonicatum et prebendam huiusmodi persone ydonee ad id per te vel dictum procuratorem nominande etc. conferendi etc. Rome apud S. Petrum 1520 xi kal. Jun. octauo.

211.

Leo X.

8 August 1520.

Om Skiftet paa Aarhus Bispestol, hvorved Ove Bilde tiltraadte, og Pensionen for den fratraadte Niels Clausen blev fastsat.

Leo etc. venerabili fratri Nicolao Episcopo nuper Arusiensi Salutem etc. Personam tuam nobis et apostolice sedi deuotam tuis exigentibus meritis paterna beniuolentia prosequentes illa tibi fauorabiliter concedimus, que tuis commoditatibus fore conspicimus opportuna. Cum itaque hodie tu Regimen et administrationem ecclesie Arusiensis, cui tunc preeras, in manibus nostris sponte et libere cesseris, nosque cessionem ipsam admittentes eidem ecclesie per cessionem huiusmodi tunc vacantem de persona dilecti filij Auonis Electi

Arusiensis nobis et fratribus nostris ob suorum exigentiam meritorum accepto de fratrum eorundem consilio auctoritate apostolica prouiderimus ipsumque illi prefecerimus in Episcopum et pastorem etc., prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur, nos tibi, qui vt accepimus in lxx^{mo} vel circa tue etatis anno constitutus et viribus tui corporis destitutus existis, ne propter cessionem huiusmodi nimium dispendium patiaris, et vt statum tuum iuxta pontificalis exigentiam dignitatis diutius tenere valeas, de ulterius subuentionis auxilio prouidere ac premissorum intuitu specialem gratiam facere volentes, teque a quibusuis excommunicationis etc. etc., motu proprio, non ad tuam vel alterius etc. instantiam, sed de nostra mera liberalitate, certa bona fixa seu jmmobilia et mobilia ad dictam ecclesiam spectantia, videlicet residentiam Episcopalem in Hilkeborm (sic, Silkeborg?) cum suis proprietatibus etc. necnon omnibus inquilinis ac aliis bonis etc. sedi episcopali Arusiensi et dicte ecclesie adherentibus ac omni jure regali et episcopali eorundem, necnon districtu Homelbight (sic) cum omnibus juribus etc. nec non omnimodam jurisdictionem locorum in Hyschehit et Imspordicht super omnes inhabitatores eorundem, que omnia insimul medietatem fructuum mense episcopalis dicte ecclesie, vt etiam accepimus, non excedunt, per te quoad uixeris vel alium seu alios tuo nomine propria auctoritate respectiue inhabitando etc. etc. tenore presentium reseruamus, concedimus et assignamus, tibi que quod, dicto Auone Electo redeunte vel decedente seu regimini etc. preesse desinente, aut ipsa ecclesia quouismodo vacante etc., liceat tibi ad eandem ecclesiam etc. liberam habere regressum etc. etc. Datum Rome anno etc. 1520 sexto idus Aug. pontificatus nostri anno 8^o.

212.

Leo X.

8 Aug. 1520.

Dekanatet i Roskilde var blevet ledigt ved Ove Bildes Forfremmelse, og det overdrog Paven til Diderich Slaghech efter Kongens Anbefaling, da det hørte under Kongens Patronat (min Kirkehst. II, S. 565—66).

Leo etc. venerabili fratri episcopo Casertano et dilectis filiis Abbati monasterii Sorensis Roschildensis diocesis ac

officiali Roschildensi Salutem etc. Vite ac morum honestas etc., quibus dilectus filius Theodericus Slacheck, clericus Monasteriensis diocesis, apud nos fidedignorum commendatur testimonio, nos inducunt, ut ei reddamur ad gratiam liberales. Cum itaque decanatus etc. Roschildensis, qui inibi dignitas post pontificalem minor et de jure patronatus Regis Dacie pro tempore existentis ex speciali priuilegio apostolico, cui non est hactenus in aliquo derogatum, existit, et quem dilectus filius Auo electus Arusiensis tempore prouisionis et perfectionis per nos hodie de persona sua ecclesie Ausiensi tunc certo modo pastore carenti factarum obtinebat, ex eo quod nos etiam hodie decanatum predictum per solas prouisionem et perfectionem vacare decernimus, vacet ad presens, nos dicto Theoderico premissorum meritorum suorum intuitu specialem gratiam facere volentes ipsumque Theodericum a quibusuis excommunicationis etc. . . . motu proprio, non ad dicti Theoderici uel alterius pro eo nobis super hoc oblate petitionis instantiam, se de nostra mera liberalitate discretioni vestre etc. mandamus, quatenus vos vel duo etc. decanatum predictum, cuius fructus etc. 4 (sic) marcharum argenti secundum extimationem communem valorem annuum non excedunt etc. Charissimi in Christo filii nostri Cristierni moderni Dacie Regis illustris ad hoc per eius patentes litteras, de quibus nobis extitit facta fides, expresso accedente consensu etc., eidem Theoderico conferre et assignare auctoritate nostra curetis, inducentes eundem Theodericum etc. in corporalem possessionem decanatus etc. predictorum etc., non obstant. etc. Datum Rome apud S. Petr. Anno etc. 1520 vi^{to} Idus Augusti pontificatus nostri anno 8^o.

213.

Leo X.

1521.

Dette Brev handler om Hans Michelsen, •Borger i Malmø og Kong Christierns Raad• (Allen, De tre nord. Riger. II, S. 555); han havde af egne Midler stiftet et fast Kapellani med et Alter i St. Peders Kirke i Malmø (altare compassionis Mariæ, Rørdam, Kbhvns Kirker osv., S. 191;

maaske det samme som altare rosarii Manæ, Ny kirkehist. Saml. II, S. 133).

Leo papa etc. Vniuersis Christi fidelibus presentes literas inspecturis salutem etc. Licet is de cuius munere venit, vt sibi a fidelibus suis digne et laudabiliter seruiatur, de abundantia sue pietatis, que merita supplicum excedit, et vota bene sibi seruientibus multo maiora retribuit, quam valeant promereri, nichilominus desiderantes populum domino reddere acceptabilem et honorum sectatorem operum, fideles ipsos ad complacendum ei quibusdam quasi allectiuis muneribus, indulgentiis videlicet et remissionibus, iunuitamus, vt exinde reddantur diuine gratie aptiores. Cupientes igitur vt altare sub inuocatione compassionis beate Marie virginis situm in ecclesia Sancti Petri opidi Malmogensis, Lundensis diocesis, ad quod, sicut accepimus, officium compassionis ejusdem beate Marie singulis diebus deuote ac solenniter decantatur, aliaque diuina celebrantur, et ad quod, sicuti etiam accepimus, dilectus filius Johannes Michaelis, cuius ejusdem opidi et carissimi in Christo filii nostri, Cristierni Datie ac Suetie et Noruegie regis illustris consiliarius, singularem gerens deuotionis affectum, perpetuam capellaniam sub dicta inuocatione ex propriis bonis suis, sibi a deo collatis, fundauit et competenter dotauit, congruis frequentatur honoribus, ac in suis structuris nec non libris, calicibus et aliis ad diuinum cultum necessariis ornamentis debita reparatura fulciatur et decoretur, ac Christi fideles ipsi eo libentius deuotionis causa ad dictam ecclesiam confluant et ad premissa manus promptius porrigant adiutrices, quo ex hoc ibidem celestis dono gratie vberius conspexerint se reffectos, de omnipotentis dei misericordia ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi omnibus et singulis utriusque sexus Christi fidelibus vere penitentibus et confessis, seu firmum confitendi propositum habentibus, qui capellaniam predictam in festo purificationis ejusdem beate Marie a primis vesperis vsque ad occasum solis ejusdem festi inclusiue deuote uisitauerint et ad premissa manus

adiutrices porrexerint, quotiens id fecerint, plenariam omnium peccatorum suorum remissionem et absolutionem concedimus presentibus, quas sub quibusuis reuocationibus, limitationibus aut suspensionibus quarumcumque indulgentiarum etiam in fauorem fabrice basilice principis apostolorum de Vrbe nec non anni sacri jubilej factis et faciendis non comprehendi, sed ab illis prorsus exceptas esse et censeri, ac illis non obstantibus eisdem Christi fidelibus omnino suffragari debere decernimus, post primam vicem minime valituris. Datum . . . (in margine: »sine dat.»).

Mellem to Breve af 24de Octbr. og 2den Septbr. 1521, anno IX^o.

214.

Der foreligger i Samlingen ikke mindre end 7 forskjellige Breve, udfærdigede i Aarene 1523—25 til Fordel for Johan Veze, nemlig 20de Juli 23 fra Ærkehertug Ferdinand; 27de Januar 24 fra Dronning Elisabeth; s. D. fra Kong Christiern; 31te Marts 24 fra Ærkehertug Ferdinand; 10de April 24 fra Joh. Hannart, Keiser Carls Orator; 11te April 24 fra Dronning Elisabeth; 29de Aug. 24 fra Ærkehertuginde Margrethe; 8de Apr. 25 fra Ærkehertug Ferdinand. (Jfr. Allen. Breve og Aktstykker. I, S. 193, Anm.). Af disse meddeles her Dronningens Brev af 11te April 1524.

Sanctissimo et beatissimo in Christo patri et domino, domino Clementi vii diuina prouidentia pontifici maximo, domino nostro clementissimo, Elisabeth, dei gratia Regina Daciæ, Norwegiæ et Suediæ etc. etc. genere Archiducissa Austriæ, ducissa Burguntiæ, Brabantiæ etc. etc. post humillima sacrorum pedum oscula commendationem plurimam. Existimamus non latere sanctitatem vestram, ut apud predecessorem suum felicis recordationis Adrianum vi pro confirmatione Reuerendi patris dilecti nostri ac Serenissimi conthoralis nostri consiliiarii Joannis Wetze ad ecclesiam Lundensem canonicè unanimique voto postulati a nobis laboratum sit, quæ tamen inopinato ejus decessu eueniente intercepta est, unde non multo post idem Lundensis, cum pro urgentibus negotiis regnorum nostrorum apud Sanctam istam Sedem oratorio nomine obeundis, tum etiam pro confirmatione (sic) suæ beneficio assequendo se istuc con-

tulit, non admodum felici auspicio, siquidem vix almam illam ingressus vrbem non sine contumelia nominis nostri ac injuria conjectus est publicitus in carcerem, id procurante Cardinale de Cesis, partim pretextente nescimus quem regressum ad dictam ecclesiam citra consensum nostrum atque conthoralis nostri Regnorumque nostrorum ac ipsius ecclesiæ jure et consuetudines, partim fructus perceptos requirente, ne non aliquem colorem haberet. Sed forte postquam fortuna nos afflictans satis tunc tenuit, erat quoque in fatis, ut in tam grata nobis persona istic etiam impulsaremur, quoniam nos nostramque fortunam infracto animo nunc usque secutus est constantique fide et animo nunc usque sequatur, relictis omnibus, quæ vel ad vitæ splendorem necessitatemque affatim suppetebant, ubi a conjuratoribus rebellibusque partibus constitisset. Cum autem, domine et pater noster colendissime, tam reseruationes quam regressus apostolici in metropolitanis et cathedralibus ecclesiis neque in Germania neque in regnis nostris propter principum concordata et pleraque alia venerandæ vetustatis priuilegia, non antea unquam violata, non solum non admissi, sed ne quidem auditi fuerint, neque præstet hoc tempore captiosis titulis magis irritare animos Christianorum in Sedis istius suæ sugillationem, quæ mire proscinditur, quam vere tamen et recte nostrum non est judicare, quam nunquam quisquam bonus sibi poterit persuadere pleraque, quæ isthic fiunt, ex sanctissimi patris animo proficisci, qua sola spe ducti nos Beatitudinem vestram, quæ pro mansuetudine apostolica innataque sua clementia, quam gratum optabileque toti Christiano orbi nomen suum e more receptum nuper contestatur, pro indubitato primas preces nostras exaudiet, operæ pretium his litteris duximus exorandam, ut accepta cordi rei indignitate ipsum postulatum ad dictam ecclesiam in gratiam nostram ac conthoralis nostri charissimi, rejecto tam iniquo illicitoque et odioso regressu, in eadem ecclesia confirmare auctoritate sua apostolica dignetur; quæ si nouisset, quam opus habeamus ejus fidei viro

in dicta ecclesia propter Suedos continue rebellantes, ultro, ut non dubitamus, jam nobis morem dudum gessisset. Hac tam necessaria gratia sua, qua non aliter atque vita opus habemus, non solum nos, regna liberosque nostros magnopere adjuvabit, sed etiam fratribus germanis nostris cesareæ maiestatis archiducisque Austriæ, et neque his tantum, sed pluribus Germaniæ principibus, qui nobis sanguinis nexu ac affinitatis vinculo sunt coniunctissimi, gratificabitur, qui omnes una nobiscum, ubi et hoc et alijs apostolicis fauoribus, quos jam impertire quoque dignata est, adjuti, reducti, restituti refluoruerimus filiali obedientia et obseruantiam erga Sanctitatem vestram istamque Sanctam Sedem, a cuius nutu renutuque perpetuo dependemus, propitio Deo promereri studebimus, qui eandem nobis ac vniuersæ ecclesiæ Christianæ propitium et pium patrem consolatorem et auxiliatorem in necessitatibus nostris exemplo filij sui Christi, qui oues errantes reduxit humeris propriis, et nunquam agnoscentes in se commissa tristes aut desolatos dimisit

Datum Noremburgæ die vndecima mensis Aprilis anno domini 1524.

E. S. V.

Deuota filia

Elysabet regyna etc.

tres-saynct pere, Je vous suplye
humblement, quyl vous playse . . .

Sanctissimo et Beatissimo in Christo patri et domino,
domino Clementi vii diuina prouidentia pontifici maximo,
domino nostro clementissimo.

215.

Clemens VII.

29 Nov. 1525.

Paven beskikker, efterat Kardinal Paulus de Cesis har givet Afkald, Jørgen Skodborg til Ærkebiskop i Lund.

Dil. filio Georgio Scotborch, Electo Lundensi salutem etc. Apostolatus officium etc. Dudum siquidem prouisiones ecclesiarum omnium apostolice sedi reservavimus, decernentes extunc irritum et inane, si secus etc. . . . Postmodum vero, ecclesia Lundensi ex eo, quod dil. filius noster Paulus Sancti Eustachii Diaconus Cardinalis, de cuius persona alias eidem

ecclesie, tunc per obitum bone memorie Theoderici, olim Archiepiscopi Lundensis, extra Romanam curiam defuncti, vacanti, sub certis modis et formis apostolica auctoritate provisum, quique illi in Episcopum etc. prefectus extitit, regimine et administratione ipsius ecclesie, possessione seu quasi regiminis et administrationis eiusdem et honorum dicte ecclesie per eum non habita, in manibus nostris sponte et libere cessit, nosque illam cessionem . . . duximus admittendam, pastoris regimine destituta, Nos ad provisionem celerem et felicem etc. etc. procedentes, . . . demum ad te, presbyterum Ripensis diocesis etc. . . . direximus oculos nostre mentis . . . teque illi preficimus in archiepiscopum et pastorem, etc. etc. Datum Rome apud S. Petrum anno etc. 1525, iii kal. Decbr. pont. n. ann. 3.

Friderico Dacie Regi de eodem. — Capitulo Lundensi de eodem.

Georgio Scotborch, Electo Lundensi . . . „ut a quocunque malueris catholico Antistite, gratiam et communionem apostolice sedis habente, munus consecrationis accipere valeas . . . recepto primum a te fidelitatis juramento“ etc.

Roskildensi et Arusiensi Episcopis. Pallium, postulatum a Georgio Electo Lundensi per Joachim Venstede, clericum Bremensis diocesis nuncium suum, destinatur per Thomam Nicolai clericum Slesvicensis dioc., ut ab ipsis ei assignetur, recepto prius fidelitatis juramento.

Georgio Electo, de Pallio ei destinando.

216.

13 Octob. 1530.

Anbefalingsbreve for Johan Veze, skrevne i Efteraaret 1530, da den fordrevne Konge forberedte sit Tog af nordtydske Fyrster.

Beatissime pater, post pedum Beatorum oscula. Perpicuum est Sanctitati Vestræ, quantis calamitatum procellis ecclesia Catholica hactenus exagitata est, nec obscurum est Sanctitati Vestræ, haud aliam pene eius mali extitisse causam, quam quod mira eorum paucitas fuit, qui in ecclesia officio suo facerent satis atque hæreticorum incursionibus sana et

efficaci doctrina vitæque sanctimonia acriter occursarent, proinde mihi recte pieque facere videntur, qui viros bonos integritate vitæ ac salubri eruditione præstantes ecclesijs præficere studeant, quo quidem studio, siquid ego rem Christianam possem iuuare, nihil esset quod æque facerem lubens. Jam uero cum Reuerendissimus in Christo pater dominus Joannes designatus Archiepiscopus Lundensis a me postularit, ut suas res Sanctitati Vestræ pro mea virili commendarem, egoque perspexerim eum propter singularem bonitatem dignum omnino esse, qui Christianarum ouium curam suscipiat ac gerat, non potui ei hoc quicquid est officii negare. Rogo itaque Sanctitatem Vestram, ut illum in hunc modum sibi commendatum habeat et iuuet, quo suis rebus cum fructu ac dignitate præesse queat. Nam quod eum parcius Sanctitati Vestræ nunc prædicem, non quidem inopia laudum, quibus ille abundat, in causa est, sed quod illum sua apud Sanctitatem Vestram virtus et integritas abunde satis commendabit. Sanctitati Vestræ me humiliter commendo, cui omnem imprecor felicitatem. Datum Augustæ Vindelicorum XIII Octobris Anno Sal. MDXXX.

S. V. humilis

Georgius Dux Saxoniae.

Beatissimo in Christo Patri ac domino,
domino Clementi vii^{to} Sanctæ Romanæ ecclesiæ
pontifici maximo domino meo clementissimo.

To andre sammesteds udstedte Breve af 16. og 17. Oct. s. A. findes i Samlingen, hvorved Hertug Henrik af Brunsvig-Lyneborg og Kurfyrst Joachim af Brandenburg bede Paven at antage sig Johan Wezes Sag, idet de anbefale ham paa det bedste.

217.

Clemens VII.

1 Dec. 1530.

Paven beskikker Johan Veze til Biskop i Roskilde (jfr. min Kirkehist. II, S. 814), uden derfor at svække hans Krav paa Lunds Ærkesæde. — I et andet Brev af 2 Jan. 31 faaer Johan Veze Tilladelse til at opsætte Ordinationen, naar den af visse Grunde ikke kunde ske strax. — I et andet af 17 Febr. 33, hvor han kaldes Keiser Carls «Consiliarius», blev det paalagt Ærkebiskopperne i Mayntz, Trier og Køl'n at skaffe ham saa mange kirkelige Beneficier, at hans samlede Indtægt beløb sig til 1000

Gylden. — I et Brev af 7 Marts 33 blev Hertugen af Pommern opfordret til at sikre ham Indtægten af Rygen, som efter Ret og Vedtægt tilfaldt Roskilde Biskop. — Endelig fik han d. 31 Juli 33 endnu et Anbefalingsbrev af Ærkehertug Ferdinand. Af disse Breve meddeles kun det første.

Dilecto filio Joanni Weze.

Dilecte fili salutem etc. Exigentibus meritis tuae devotionis inducimus (sic), ut te specialibus favoribus et gratiis prosequamur. Cum itaque nos de persona tua, qui, ut accepimus, alias in Archiepiscopum Lundensem per dilectos filios Capitulum Ecclesiae Lundensis, tunc certo modo vacantis, electus fuisti, Ecclesiae Roschildensi ad praesens certo modo pastoris solatio destitutae, de venerabilium fratrum nostrorum Consilio apostolica auctoritate providere, teque eidem Ecclesiae Roschildensi in Episcopum et pastorem praeficere intendamus. Nos volentes te praemissorum intuitu, nec non consideratione carissimi in Christo filii nostri Caroli Romanorum Imperatoris semper Augusti, cui, ut etiam accepimus, plurimum gratus et acceptus existis, favore prosequi gratiae specialis, motu proprio tecum, ut etiam, postquam de eadem persona tua praedictae Ecclesiae Roschildensi per Nos provisum fuerit, tuque illi in Episcopum et pastorem praefectus fueris, ac in vim provisionis et praefectionis hujusmodi pacificam possessionem seu quasi regiminis et administrationis ejusdem Ecclesie Roschildensis assecutus fueris, ac munus consecrationis susceperis, jus tibi in dicta Ecclesia Lundensi, ac illius regimine et administratione seu ad illa dictae electionis vigore aut alias quomodolibet competens prosequi et defendere et non deductum deducere, ac ipsius electionis confirmationem a Nobis et sede praedicta petere et obtinere, ac eidem Ecclesiae Lundensi in Archiepiscopum praesse libere et licite valeas auctoritate Apostolica praedicta tenore praesentium de specialis dono gratiae dispensamus. Ac propterea jus hujusmodi minime vacare, et sic censere debere sublata quavis interpretandi facultate, nec non quidquid assumptari contigerit, irritum et inane decernimus. Non obstantibus praemissis ac quibusvis constitutionibus et ordinationibus apostolicis nec non dic-

tarum Ecclesiarum juramento confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae die prima Decembris 1530 anno octavo.

218.

Clemens VII.

22 Juli 1532.

Brevet handler om Johan Heitmers Sendelse til Danmark for at opdage de originale Haandskrifter af Pauli Breve (et tidligere udstedt Brev desangaaende af 17 Jan. 1526 er trykt i Norske Oldbreve, VI, S. 736—37). Anledningen til at Planen blev optaget paany, var rimeligvis Kong Christierns Forsøg paa at gjenvinde sine Riger.

Charissimo in Christo filio nostro Christierno Datia, Suetia, Noruegia et Gothia Regi Illustri. Clemens etc. Charissime in Christo fili noster Salutem etc. Accepimus a dilecto filio Joanne Heytmers capellano nostro, quem alias pro Diui Pauli Epistolis manu ipsius, ut asseritur, scriptis et alijs diuersis codicibus et uetustatibus, qua in isto Regno et Ducatu Holtzia, quem possides, et praesertim in Castro Callenburgensi intra terminos ipsius Regni existente, ut accepimus, castigatis habendis, ad Regnum et Ducatum huiusmodi destinamus, Majestatem tuam uelle in hoc nobis ex animo gratificari. Quare cupientes, quantum cum deo licet, bonarum litterarum et praesertim sacrarum splendorem multa superiorum temporum negligentia obumbratum in lucem restituere, volentesque animo, quantum et fidei nostrae ac generis humani claritati huiusmodi epistolae et litterae ac libri possunt esse proficui, statuimus Epistolarum et librorum fidelis exempla omni diligentia habere (sic, facere?) procurare, in eaque re nec impensis parcere, nec laboribus. Mittimus itaque hac de causa eundem Joannem ad Serenitatem tuam, eam quantum possumus affectuose rogantes, ut epistolarum praedictarum et aliorum librorum, quos dignos duxerit dictus Joannes, quorum exemplaria huc portentur, copiam ipsi Joanni facere velis, quo possit ipsa exempla ad nos afferre. Deuinciet Nobilitas (sic) tua hac una re perpetuo tibi animum nostrum, nec poterimus rei tam gratae, fidei Christianae utilis ac humano generi commodae unquam

esse immemores, prout, si occasio tulerit, re ipsa Maiestas tua cognoscet. Datum Romæ die 22 Julii 1532 pontificatus nostri anno IX^o.

Aliud simile pro Frederico, qui est electus et coronatus Rex in possessione Regni Daciæ, in euentum quo prior Christiernus, qui se prætendit habere epistolas Pauli et libros antiquos et . . . Regnum non recuperauerit et possederit.

219.

Gregor XV.

8 Juni 1622.

Et Bidrag til Oplysning om den pavelige Propaganda i Aarene 1622—24 (jfr. min Kirkehist. efter Ref. 2den Udg. S. 385—38).

Charissimo in Christo filio nostro Philippo Hispaniarum regi Catholico commendat sacerdotes, qui in Nortuegiam et Daniam mittuntur ad propagandam fidem.

Gregorius P. P. XV.

Charissime in Christo fili noster salutem etc. Nortuegiam, Daniam ac finitima Septentrionis regna adeo ferociter subegit princeps tenebrarum, ut paucissimi ibi reperiantur, qui Christianæ libertatis memores Diabolico iugo collum non sponte submittant. Ibi enim hereticorum dogmatum et impiorum mendaciorum monstra desæviant, et ea vitia stabulantur, quæ catholicam veritatem earum provinciarum aditu assidue prohibent. Nos tamen intelligentes, nullam esse adeo a nobis dissitam in Oceano regionem, quam pontificiæ charitatis brachia complecti non debeant, sæpè illuc animo advolamus, ut eo Beati Petri ditionem proferre possimus. Cogitavimus autem illuc allegare sacerdotes, qui dei gloriam, animarumque salutem propriæ vitæ anteferant, ut gladio charitatis et galea fidei armati bellum ibi triumphantibus inferis hostibus indicant, ac prope extinctum divinæ sapientiæ lumen in eorum populorum pectoribus accendere studeant. Eos autem illuc ducturus est dilectus filius Nicolaus Hermanus Danus, quem ex iis impietatis syrtibus miserentis dei dextera extraxit, atque cum eum Romam non ita pridem deduxit et¹⁾ in Hispaniam modo impellit, ut Maiestatis tuæ patrocínio, magistratuumque tuorum auxilio munitus tantum opus, Christo favente atque hortante Pontifice, aggredi

¹⁾ Saaledes — formodentlig: •cum eum . . . deduxerit, in Hisp. etc. (Munchs Anm.)

possit. Dignus est ob adeo egregium pietatis studium, qui M. tuæ clementiam expertus testari possit. Digna est Catholici regis favore provincia, quam ille suscepit. Quare non est, quod eum diligentius commendemus Maiestati tuæ, quæ nihil a Regia auctoritate sua alienum existimabit, quod ad Christianæ fidei propagationem pertineat. Testamur tamen his litteris, gratissima nobis fore ea beneficia, quibus virum hunc Catholicæ religioni deuotum affecerit Maiestas tua, cui apostolicam benedictionem amatissime impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris, die viii Junij MDCxxii pontificatus nostri anno secundo.

220.

a.

Samlede Optegnelser om Pavestolens Krav paa at opkræve Pederspenge i Danmark.

Af «Liber Nicolai Cardinalis de Aragonia» om Pavens Rettigheder m. m. (fra anden Halvd. af 15de Aarh.). Bogens Overskrift: «Presentem librum ordinavit Reverendissimus in Christo pater et dominus, frater Nicolaus Cardinalis Aragonie».

Fol. 58. De censu Regni Nouergie soluendo ecclesie Romane.

Omnes et singule domus tocius regni Nouergie soluere debent pro censu ecclesie Romane singulos denarios monete curribilis in illo regno.

De censu Regni Suecie soluendo ecclesie Romane.

Omnes et singule domus tocius Regni Suecie soluere debent pro censu ecclesie Romane singulos denarios monete curribilis in illo regno.

De censu Regni Dacie soluendo ecclesie Romane.

Excerptum ex Registro Domini Paschalis pape ij — Episcopis per Daciam constitutis. *Inter cetera:* De censu quem beato Petro perdecessores vestri singulis annis instituerunt. *vnde ita scribit eis.* fraternitatem vestram vna cum eodem fratre nostro Lundensi Archiepiscopo volumus esse sollicitam, ne in ipso negocio fraudem Romana ecclesia vltierus paciatur, sed integer hujuscemodi caritatis debitum prudentia vestra satis sapienter suscipiat. Datum Lateranen. viii Idus Majj [anno] xi.

Fol. 54. Item Regnum Danorum est de proprietate sacrosancte Romane ecclesie et tributarium eiusdem, vt patet ex Registro

domini Alexandri pape, vbi sic legitur. — Alexander episcopus Seruus seruorum dei, dilecto filio Sueni Regi Danorum salutem et apostolicam benedictionem. *Et post multa verba sic dicit.* Quapropter prudentiam tuam ammonemus, vt censum regni tui, quem antecessores tui sancte apostolice ecclesie persoluere soliti sunt, nobis et successoribus nostris transmittere studeas, ita tamen vt non sicut oblatio super altare ponatur, sed, ut supra diximus, tam nobis quam successoribus nostris, ut certius approbetur, pre-sentialiter offeratur.

b.

Af »Liber censuum Romane ecclesie a Cencio Camerario composito anno 1192«.

Fol. 43. De censu Regni Dacie etc. Excerptum etc. . . . (ordlydende med det ovenstaaende).

Fol. 103. Item Regnum Danorum est de proprietate etc. (ordlydende med det ovenst.).

Fol. 382. Hoc est scriptum, quod magister Symu[n] Camere domini pape Clericus, nuncius apostolice sedis in Anglia, ad Curiam apportauit.

Incipit lex, que Anglie Danelaye uocata est, latine uero lex Dacorum est interpretata, ab inuictissimo et glorioso Rege Anglorum, Dacorum, Noragenorum, Suetiorum Kennuto instituta et diligenter custodita consilio principum suorum et sapientum.

¶. Omnis, qui habet xxx denariatas uiue pecunie in domo suo de suo proprio, Anglorum lege dabit denarium sancti Petri et lege Danorum dimidiam marcatam; iste uero denarius debet summoueri in sollempnitate apostolorum Petri et Pauli et colligi ante festiuitatem, que dicitur ad vincula, ita vt ultra illum diem non detineatur. Si quispiam detinuerit, ad iusticiam Regis deferatur, quum denarius hic elemosina Regis est, iusticia uero eius faciet denarium reddere et forisfacturam Episcopi et Regis (sic), quod si plures domos habuerit, de illa ubi residens fuerit in festo apostolorum Petri et Pauli denarium reddat.

¶. Item alibi in eodem libro. ¶. Pecuniam autem sancti Petri, quam Anglici Romescoth uocant, sit persoluta in festo sancti Petri in principio Augusti mensis, et qui non eo die persoluerit, etiam si est vnus denarius, qui dare eum debuit, et non dedit, accipiat eundem et insuper xxx denarios et portet Rome (sic), et cum redierit, tale signum secum reportet, ut certum sit, quod Rome fuerit et beato Petro ibi xxx et vnum denarium, sicut statutum est, persoluerit. Cum autem reversus fuerit domum, persoluat Regi lx solidos. Si uero idem secundo retinuerit, similiter omnino faciat, tercio autem si retinuerit, auferantur ei omnia bona sua.